

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

Prot. n. 5188/74 CG

N

Nullitatis matrimonii

(X-Y)

DECRETUM

Recursu diei 16 ianuarii 1974 D.nus X, actor in causa de qua supra, pettit a Signatura Apostolica novam eiusdem causae propositionem a S.R.Rota denegatam decreto diei 17 iulii 1972.

Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, mature perpensis rationibus a recurrente allatis,

decrevit:

Novam causae propositionem concedendam esse, in casu.

Romae, e sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 4 maii 1974.

Dinus Card. STAFFA, *Praefectus*

+ Aurelius SABATTANI, *Secretarius*

Votum

SPECIES FACTI

1. X, actor in causa, libello diei 19 maii 1958 rite expostulavit, ex capite exclusi boni sacramenti, declarationem nullitatis matrimonii a se cum Y initi die 14 februarii 1954. Tribunal Z, die 22 decembris 1959, sententiam negativam tulit, quam tamen Iudices Appellationis reformarunt die 3 septembris 1962. Quaestio, in tertio iurisdictionis gradu apud Tribunal S.R. Rotae delata, sententia negativa die 17 decembris 1964 dimissa est.

2. Die vero 26 iunii 1971 actor expetivit ab eodem Tribunali S.R.Rotae beneficium novae audientiae “essendo emersi – ut ipse asserit – nuovi e gravi argomenti e documenti [...]. At idem Tribunal S.R.Rotae, suo Decreto diei 17 iulii 1972, edixit “Novam causae propositionem non esse concedendam in casu”.

3. Contra hoc Decretum actor recursum interposuit die 21 nov. 1972 apud S.R.Rotam. At, quamvis Ponens die 23 ianuarii 1973 actoris Patronum invitasset ad exhibenda argumenta pro causae prosecutione, hic nihil respondit usque adhuc, idest anno iam transacto a praedicta invitatione.

4. Postea idem Patronus die ianuarii 1974 ad Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal recurrit “affinchè gli venga concesso il nuovo esame della causa e la dichiarazione di nullità del suo matrimonio”, “a norma del can. 1603, §1, 5° CIC”.

Hinc idem Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal litteris diei 23 martii 1974 petiit a Tribunali S.R.Rotae partium et testium attestaciones credibilitatis quae quidem attestaciones remissae fuerunt litteris Exc.mi Decani eiusdem S.R.Rotae diei 28 martii 1974, qui interim adnotavit “che anche presso la Rota *pende* (per così dire, dato il can. 1725, 5°) ricorso da parte attrice fin dal 21 novembre 1972 avverso il decreto Rotale che il 17 luglio 1972 aveva deciso non doversi concedere il nuovo esame, e che l'avvocato ricorrente (ch.mo [...]) invitato, con Decreto del Ponente del 23 gennaio 1973, ad esibire “argumenta pro causae prosecutione” finora ha declinato o non raccolto l'invito”.

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

IN IURE

5. Ad normam can. 1903 CIC “Numquam transeunt in rem iudicatam causae de statu personarum; sed ex dupli sententia conformi in his causis consequitur, ut ulterior propositio non debeat admitti, nisi novis prolatis iisdemque gravibus argumentis vel documentis”. Quae quidem norma apte illustratur in art. 217, §3 “Instr. Provida Mater Ecclesia” diei 15 augusti 1936 S.C. de disciplina Sacramentorum.

§3 “Talia argumenta vel documenta non requiruntur ut sint gravissima multoque minus decretoria, hoc est quae peremptoria exigat contrariam decisionem; eorumque pondus pro causae revisione a Tribunali III Inst. aestimanda est auditio Vinculi Defensore”.

Novitas et gravitas autem argumentorum dici potest quae eruitur e depositionibus partium vel testium, quae a iudicibus cognitae, sed diversis sub respectibus non bene perpensa (cf. Ae. COLAGIOVANNI, *De nova causae propositione, Monitor Ecclesiasticus* (1964) 264 –287; Ae. DEL CORPO, *De retractatione causae matrimonialis post duplicem sententiam conformem*, D’Auria Edit. 1969); sc.

a) Quando facta iam adducta fuerint, sed minus quam meruisserent a iudicibus considerata. Ita in Sententia Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae in Paderbonen. (AAS 11 [1919] 295-299) et in iurisprudentia rotali.

b) Quando Sententia ex dolo partis prolata fuerit, e.g. ob falsum iuramentum circa aliquod factum in iudicio assertum.

c) Quando adest diffimitas motivorum Sententiarum. Revera conformes dici nequeunt Sententiae, quae, licet in parte dispositiva materialiter concordent, motivis inducuntur ita substantialiter diversis ut Iudices, qui eas in successivis instantiis tulerunt, prorsus aliter de re proposita sensisse dicendi sunt (cf. SRR, vol. 42, Dec. 5 aug. 1950, 542s; vol. 47, Dec. 29 ian. 1955, n. 2, 102).

d) Quando adest error facti et pervisiones factorum. In una Taurinen. (Dec. c. Fiore diei 30 iulii 1964, 8098) concessa est nova causae propositio “attento quod aliquo modo appellati Patres videntur minus recte fuisse argumentati, dum etenim quaestionem de partium credibilitate sepositam voluerunt, dein argumentum grave quidem duxerunt e convetae denegatione”.

Patet autem errorem facti novum et grave argumentum constituere posse, quando priores sententiae nimis innixae sunt illo facto falso; nullo modo, e

contra, quando illud non constituit fundamentale argumentum in prioribus sententiis, quae nituntur aliis validis motivis decidendi.

“Nomine perversionis factorum – legimus in celeberrima Sententia Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae diei 31 maii 1919 (AAS [1919] 295 - 299) venire non potest quilibet error, in quam, sive in percipiendis, sive in aestimandis factis inciderint inferiores iudices, sed significatur tantum – attenta quoque ipsius genuina vitalis factorum corruptio, quae iudicium mentem in edenda sententia a veritate agnoscenda prorsus abduxerit”.

6. Ad naturam autem iuridicam quaestioonis quod attinet, agitur de quaestione praiejudiciali, non de restitutione in integrum, nec de querela nullitatis, neque de appellatione, imo (sic) nec de quaestione incidentalis proprie dicta neque de quaestione praeliminari (Cf. DEL CORPO o.c., 93-104).

7. Recitat insuper c. 1736 CJC “Si nullus actus processualis, quin aliquod obstet impedimentum, ponatur in Tribunali primae instantiae per biennium aut in gradu appellationis per annum, instantia perimitur; et in altero casu sententia per appellationem oppugnata transit in rem iudicatam”; salvo semper praescripto citati can. 1903.

8. Obiectum examinis circa ulteriore causae propositionem non est ipsum meritum eiusdem causae (de quo videbunt Iudices, si ulterior propositio admittatur), sed tantum existentia et qualitas argumentorum, utrum sc. sint revera nova eaque gravia prouti supra (n. 5) explicatum est.

IN IURE ET IN FACTO

9. In primis dicendum recursum interpositum apud S.R.Rotam tamquam peremptum habendum esse, ad normam citati can. 1736 CJC.

Nec factum, quod in casu iam apud S.R.Rotam agitata fuerit quaestio praeliminaris de nova causae propositione, et quidem cum exitu negativo, impedit quominus actor denuo hanc eandem quaestioinem proponere possit sive apud ipsam S.R. Rotam per recursum a Decreto negativo, sive, perempto citato recursu, apud Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae tamquam quaestioinem praeliminarem noviter propositam de nova causae propositione, quia huiusmodi causae - uti supra dictum est - numquam transeunt in rem iudicatam; dummodo tamen, ad praefatam quaestioinem praeliminarem denuo proponendam nova eaque gravia argumenta praesto sint, uti supra (n. 5) explicavimus.

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

10. Nova autem eaque gravia censenda sunt argumenta quae in actis prostant, et quidem:

1) Adaequata ponderatio et consequens demonstratio causae simulandi actoris in contrahendo hoc matrimonio, sc. socialis et oeconomica impossibilitas actoris derelinquendi sponsam, a cuius familia ipse eiusque pater dependebat; quo factum est ut actor matrimonium quidem contraxit, at bonum sacramenti exclusit.

Verum quidem est quod haec ratio iam per se considerata fuit in praecedentibus iudiciorum gradibus; at novitas et gravitas argumenta consistit in circumstantia magni momenti; sc. in eo quod actor, utpote infirmus, paratur ad comparendum coram ipso Dei Tribunalis: “Se insisto nel chiedere la nullità del mio matrimonio è perché sono convinto davanti a Dio che il mio matrimonio è invalido. Sono certo – e Dio mi è testimonio – di essermi sposato con la riserva sopra descritta. Non ho alcun interesse ad ingannare il Tribunale della Chiesa, perché sento che non potrei ingannare né Dio né la mia coscienza. Se non fossi certo della nullità del mio matrimonio, avrei già chiesto il divorzio che oggi, dopo la maturità acquistata, non mi sento più di apprezzare. Non ho altri interessi per la dichiarazione di nullità, se non quello della mia sistemazione davanti a Dio e alla Chiesa”.

Adde quod conventa iam petivit civile divorzium, quod ipsa certe obtinebit iuxta vigentem legem italicam in materia, et de quo frui poterit consequenter etiam actor.

Quae omnia novam qualificationem eamque magni ponderis conferunt credibilitati actoris eiusdemque testibus, sed et ipsius conventae; ita ut fiat locus novo examini ab actore merito expetito.

2) Testimonium Rev. P. Bersini S.J., quod Decretum S.R.Rotae diei 17 iulii 1972 memorat quidem, quin tamen debito examini subiecisset.

Qui vero integre perlegit et mature perpendit praedictam declarationem, praecipue circa ea, quae conventa confessa est (cfr. ibid 39): “Venne da me la moglie; che mi diede l'impressione di una brava Signora / Le ho detto: “Signora qui non siamo al Tribunale. Ormai la sua causa è definitamente chiusa. Mi dica con tutta sincerità: Suo marito le ha posto la condizione di rompere il vincolo matrimoniale se lei non gli avesse dato dei figli?”.

La Signora mi assicurò che il X le aveva posto la condizione. Mi disse anche che il X aveva voluto, prima di sposarla, che lei si facesse visitare da un ginecologo.

IURISPRUDENTIA: PROT. N. 5188/74 CG

La Signora mi disse: “Io non mi sono fatta visitare e gli dissi invece di essermi fatta visitare e che il medico mi aveva detto che potevo avere figli”. Concluse, con questa precise parole: “Io l’ho ingannato e l’ho pagata”.

Il X mi assicurò che egli non avrebbe sposato la Y, perché assillato dal dubbio che lei non gli potesse dare figli, ma che la sposò perché era persuaso che, se non lo avesse fatto, il proprio padre, sarebbe stato seriamente danneggiato nella sua professione. (Il padre del X aveva rapporti di lavoro con il padre della Y).

Dopo queste assicurazioni ho consigliato il X a chiedere una nuova ritrattazione della causa. Questo lo feci a maggior ragione, in quanto:

- 1) la sua causa si era risolta in senso negativo non per mancanza di prove, ma perché i suoi testi erano stati giudicati falsi;
- 2) per quanto apparisse dagli atti l’inganno tesogli dalla fidanzata, tuttavia non era stato percepito dai Giudici;
- 3) non era emerso in pieno il timore del X di essere danneggiato nella professione, per motivi di carattere personale.

Dichiaro davanti a Dio che quanto ho esposto corrisponde a pura verità.

In fede

P. Francesco BERSINI, S.J.

Quid dicit Decretum Rotale de hoc testimonio? “P. Bersini quoque nihil tradit novi. Narrat quae vero ex partitus audivit, haud ignota iudicibus”. At contra habemus hic testem qualificatum, qui recepit confessionem partium absolute sinceram, de qua dubitari nequit. Insuper habemus confessionem, pariter sinceram, conventae de dolo, quem ipsa patravit contra actorem, cui falso ipsa asseruit se examini gynecologico sese subiecisse.

11. Adest difformitas formali motivorum Sententiarum, ut Patronus illustrat.

12. Actor cognovit d.num P, quacum nunc vivit et ex qua filiam procreavit, post annum – an ante – ab initio huius causae. Habemus ergo in Sententia Rotali coram Mattioli errorem facti et perversionem factorum circa motiva, quibus actor matrimonii validitatem impugnavit: exinde dubia et reservationes circa attendibilitatem depositionum et actoris et eiusdem testium. Habemus profecto talem factorum corruptionem, quae iudicum mentem in edenda sententia a veritate agnoscenda prorsus abduxerit.

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

13. Quare aestimatio depositionum partium ac testium ex novo est facienda post ea quae de coniugum credibilitate illustravimus. Quod. Utpote ad meritum causae spectans, ad Iudices remittimus, quibus nova prepositio causae commitetur, si id Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae decreverit.

14. Quibus omnibus attente consideratis, censeo novam causae propositionem concedendam esse in casu.

Datum Romae, die 25 aprilis 1974.

Florentius Romita

IURISPRUDENTIA: PROT. N. 5188/74 CG